QVÆSTIO IX.

1 Abes ergo ex præcecedenti concluſione, quod teſtamentum inter liberos, licet imperfectum valet,
a Quæro nunc, an iſta concluſio generaliter procedat ex quocũque defectu tale teſtamentum imperfectum remanſerit? Reſpon. quod nõ, ſed ſolũmodo quãdo eſt imperfectum ratione ſolemnitatis. Ceterum ſi ſit b imperfectum ratione voluntatis, non ſuſtinetur. Ita ſentit Gloß. in l. ſi is, qui in gloß. vnica, ff. de teſtament. quam gloſſ. omnes ſequuntur, vt dicit Rimin. in dicta l. hac conſultiſſima, §. ex imperfecto, columna prima. Et illam dicit eße communiter approbatam, Ruinus conſilio decimoquinto, numero ſecundo, libro ſecundo. Dicit etiam Paulus de Caſtro in dicto §. ex imperfecto numero tertio quod ita tenent omnes. Et ita communiter teneri atteſtatur Cornelius in eodem §. ex imperfecto, numero tertio. Hant etiam opinionem dicit eſſe communem Alexand. conſilio 76. numero decimotertio libro tertio, Iaſ. conſil. 155. columna ſecunda, libro ſecundo, quem refert Ioan. Dilectus de arte teſtandi, tit. 2. caut. vltim. nu. 6. Rubeus conſ. 94. poſt nu. 3. Socin. Iun. conſil. 147. nu. 30. & ſeq. lib. 2. ſubdens, non eſſe ab ea conſulendo, ant iudicando recedẽdũ. Et hanc eſſe communem theoricam dicit Beſſet. in repet. l. 1. num. 176. C. de ſacroſan. eccleſ. Tu vide ea, quæ latius in hoc propoſito, loquendo de teſtamẽto ad pias cauſas, dixi ſupra q. 7.

Hinc infertur; quod ſi teſtator ceperit inter liberos teſtari, & facta inſtitutione, & alijs legatis, priuſquam faceret vnum legatum, quod adhuc reſtabat faciendum, morte præuentus, illud facere non potuit; tale teſtamentum non valet, neque ſuſtinetur etiam, quod imperfectè diſpoſita. Et hanc dicit eſſe communem opinionem. Curtius Iunior in dict. §. ex imperfecto, numero primo, Natta in dicto §. ex imperfecto, numero 139. & ſeq. Socin. Iun. in d. conſil. 147. numero 22. Vide, quæ dixi in d. quæſt. 7. ver. Aliquando, & quarto.

ADDITIONES.

a *1 Imperfectum.] Hic adde, quod teſtamentum imperfectum † dicitur cum teſtator eſſet alia dicturus, licet in eo adeſſet inſtitutio, atque ſubſtitutio communiter poſt Cardin. Pariſi. conſilio 146. artic. 2. volum. 4. atteſtatur Cæphalus in conſilio 294. ſub nume. 9. & iſtud ſiue tacitè, ſiue expreſsè cõſtet teſtatorem voluiſſe addere, vel detrahere, dicit. Idem de teſtamento haud lecto, nec publicato, in quo teſtes non ſunt rogati; quod ſimiliter videtur imperfectum ratione voluntatis, communem per eundem Cæphalum, conſilio prædicto numero 10. Et de iſtis duabus communibus opinionibus dixi in collect. mea commun. opinion. in verb. teſtamẽtum, num. 55. uide ibi fuſius. Giachar.

b Si ſit imperfectum.] Vide hanc ipſam quæſt. de teſtamento ad pias cauſas apud Tiraquel. de priuil. cau. priuil. 7. Gouean.

Si ſit imperfectum ratione voluntatis non ſuſti netur.] Pto euidentiori reſolutione huius quæſtionis) qua diſceptatur,
1 an, & quatenus † teſtamentum ratione uoluntatis inter liberos ualeat) tres præcipuè conſiderandi ueniunt caſus. Primus
2 † eſt, quando conſtat perſpicuè de imperfectione uoluntatis: ut quia teſtator incepit inter liberos, teſtari, & aliqua diſpoſuit, puta inſtitutionem, uel legata quædam, & dum circa alia verſaretur, antequam perfectè compleret teſtamentum mortuus eſt, ſenſum vt amiſit, uel loquelam. Hoc caſu dubium non eſt ullum, qui talis diſpoſitio non ualeat, per textum apertum in l. ſi is, qui teſtamentum. 25. ff. qui teſtament. facer. poſſ. Et hanc eſſe communem opinionẽ, præter Doctores hic numero 2. à Claro noſtro allegatos, teſtantur Ferdinandus Vaſquius in tractatu de ſucceſſion. creat. §. 21. num. 7. & de ſucceſſion. progreſſ. §. 30. num. 44. verſicul. quid, ſi teſtamentum, &c. Boerius deciſ. 240. Franciſcus Viuius commun. opinion. libr. 1. opin. 339. Gail. libro ſecundo obſeruat. 12. nu. 14. Michael Graſſus lib. 1. recept. ſentent. §. teſtamentum, q. 12. nu. 1. 2. Thadeus Piſo lib. 1. uar. reſol. cap. 7 nu. 36. Mynſingner. cent. 5. obſer. 28. nu. 4. Fachineus lib. 4. cõtrouerſ. iur. c. 4. in princ. & Gilkenius ad l. hac cõſultiſſima. 21. §. ex imperfecto, num. 27. C. de teſtam. Secundus caſus eſt: quã-
3 do teſtator in ipſo teſtandi actu aliquid amplius non erat dicturus; ſed dixit omnia, quæ tunc uoluit, iſtum actum pro abſoluto habens; Veruntamen reſeruauit quippiam dicendum in aliud tempus: vt ſi dixit ſe uelle poſteà conditiones adijcere, uel deliberare, an conſanguineis aliquid relinquere uellet. Hoc caſu reſeruatio iſthæc non arguit voluntatis imperfectionem, nec efficit, quin teſtamentum ſuſtineatur. Ita poſt Aretium in l. ſi teſtamentum. S. C. de inſtitut. & ſubſtitut. & Ludouicum Zunt. in reſponſ. pro uxore, numer. 302. ſentiunt Graſſus d. q. 12. num. 4. & Piſo dicto c. 7. nume. 37. Tertius caſus eſt: quan-
4 do † Teſtator fecit ſcribi ſuam uoluntatem, eamque ordinauit coram duobus teſtibus, & iuſſit uocari Notarium, & plures teſtes, ut de ea eſſent rogati, & antequam uenirent, deceſſit. Hoc caſu licet quidã exiſtiment, tale teſtamentũ ratione uoluntatis imperfectum, & inualidum eſſe, Oldr. cõſ. 119. Iaſ. conſ. 155. uol. 4. Ruin. cõſ. 11. col. 4. uol. 3. & alij, cõtrariũ tamen (ꝙ uidelicet tale teſtamentum non dicatur imperfectum ratione uoluntatis, ſed ſolemnitatis tantum, & conſequenter talis ordinatio habeat uim teſtamenti inter liberos) probabilius, & receptius putatur. Siquidem cenſetur teſtator uoluiſſe, ut de uoluntate ſua publicum conficeretur teſtamentum, adhibitis teſtibus, & Notario, ad faciliorem potius probationem, quam quod uoluerit ſe reſtringere ad certum modum teſtandi in ſcriptis. Alex. in d. l. hac conſultiſſima 21. §. ex imperfecto, num. 4. C. de teſt. Boer. dec. 240. Vaſq. d. tract. de ſucceſs. progreſſ. §. 30. nu. 44. uerſ. quod ſi teſtam. &c. Graſſ. d. §. teſtamentũ q. 12. nu. 6. & Thad. Piſo d. li. 1. uar. reſol. c. 7. n. 37. Qui duo, & alios caſus recenſent. Harpr.

QVAESTIO X.

SVMMARIA.

Ex Claro.

1 Teſtamentum imperfectum inter liberos, an ſuſtineatur etiam in fauorem extraneorum.
2 Et quid ſi ſubſtituat teſtator uni ex filijs ſuis pupillis aliquem exeraneum.
3 Et quid ſi dederit tutorem extraneum.
4 Et an talis tutor debeat à Iudice confirmari.

Ex Additionibus.

1 An teſtamentum imperfectum inter liberos ſuſtineatur etiam in fauorem extraneorum, remiſſiuè.
2 Et quid ſi vni ex filijs teſtator ſubſtituat aliquem extraneum, remiſſiuè.
3 Num pater filijs poſſit dare tutorem extraneum, remiſſiuè.
4 Tutor in teſtamento minus ſolemni à patre, vel matre datus, quomodo confirmetur.
5 Ratio diuerſitatis inter dationem tutelæ, à patre, & matre facta m.
6 Mater non tam prouidè, ac pater, liberis ſuis conſulere poteſt.

QVÆSTIO X.

1 Iſpoſitio d. §. ex a imperfecto, ſuſtinet teſtamẽtum minus ſolemniter conditum à patre inter liberos, quatenus concernit intereße ipſorum liberorum. Sed ſi in ipſo teſtamento ſit aliquid inſertum, quod concernat fauorem, aut commodum alicuius extranei, illud non ſuſti-
b netur, ſed b habetur pro non appoſito: & teſtamentũ ipſum, quo ad reliqua cõcernentia filios, firmum remanet. Ita expreſsè dicit text. in d. §. ex imperfecto. & intellige extraneum in hoc propoſito eũ, qui non eſt de liberis.

2 Hinc infertur, quod ſi teſtator in teſtamento inter liberos ſubſtituat vni ex filijs ſuis pupillariter aliũ ex filijs ſuis, talis ſubſtitutio tanquam facta in fauorem filiorum ſuſti-
c netur. Sed ſi illi c ſubſtituat aliquem extraneum, & qui non ſit de liberis, non ſuſtinetur: Ita dixit Bartol. in l. 2. num. 18. ff. de vulgari. & eſt communis opin. vt dicit Curt. Iun. in d. §. ex imperfecto, numero 6.

3 Secundo infertur, quod licet poſſit pater in teſtamento inter liberos dare vnum ex filijs ſuis alteri filio in tutorem, ſaltem quando erat ab inteſtato legitimus tutor, prout communiter Doctores diſtinguere videntur, teſte Curt. Iun. in dicto §. ex imperfecto, num. 26. in fin. (licet mihi ſemper magis placuerit, quod indi-
d ſtinctè id facere poſſit) d non tamen poterit pater in tali teſtamento dare filijs tutorem extraneum. Ita dicũt communiter Doctores, vt ait Salicet. in dict. §. ex imperfecto. col. 1. verſ. Oppo. cum gloſ. & ita cõmuniter tenetur, vt dicit Corne. in d. §. ex imperfecto, num. 15. Hanc etiam eſſe communẽ opinionem atteſtatur Curt. Iunior in dicto §. ex imperfecto. num. 26. Licet enim datio tutoris concernat fauorem filiorum, cum tamen redundet in præiudicium, & onus alterius, non videtur æquum, vt priuilegium conceſſum filijs alteri ſit oneroſum.

4 Scias tamẽ in hoc propoſito, quod licet datio huiuſmodi tutoris extranei in teſtamento inter liberos non ſuſtineatur, tanquam per ſe valida, ſuſtinetur tamen ad hunc effe-
e ctum, vt talis tutor e datus à patre debeat poſtea per Iudicem in tutorem confirmari. Et hanc dicit eſſe magis communẽ opin. Alex. conſil. 140. nu. 2. lib. 1. quod nota, quia eſt maximi effectus. Nam tutor datus in teſtamento minus ſolemni, tamen confirmatus à Iudice, præfertur tutori datiuo, ſicut præfertur teſtamentarius, vt declarat Alex. ibi, & dixi ſupra lib. 2. §. tutor. Neque credas, quod nihil interſit, an quis ſit datus in tutorem, & quod datio valeat: An autem, quod datio non valeat, ſed omninò debeat à iudice confirmari, quia imò multum intereſt. Nam quando valet datio, tenetur tutor ſtatim tutelam gerere, alias tenetur de neglectis; ſed ſi non valet datio, non tenetur petere ſe confirmari: & ideò intereà, donec ſit confirmatus, non tenetur de neglectis, vt declarat Natta in d. §. ex imperfecto, numero 123. & dixi in §. tutor.

ADDITIONES.

§. a Ex imperfecto.] Aduerte, quod tametſi procedat extantibus filijs legitimis, & naturalibus, & legitimatis ſimul: tamen id intelligitur, modo plus non relinquatur legitimato, quam legitimo, & naturali. Ita tradit Natt. ff. in eodem, §. quæſt. 18. quem refert, atque coadiuuat Rol. in conſil. 95. col. 1. & 2. vol. 3. qui tamen in contrarium conſuluit, & dicit contrarium verius, & cõtraria diluit. Vide ibi per eum. Giach.

b Sed habetur pro non appoſito.] Quod illud,
1 quod † in teſtamento imperfecto inter liberos extraneis relictum eſt, pro non appoſito, ſiue nullo habeatur, & filijs accreſcat, tradũt Fernand. Vaſquius in tract. de ſucceſſ. creat. §. 14. nu. 118. Michael Graſſus lib. 1. receptar. ſentent. §. teſtam. q. 14. num. 1. Thadæus Piſo lib. 1. var. reſolut. cap. 7. num. 33. & Petrus Gilchenius ad l. hac conſultiſſima. 21. §. ex imperfecto. n. 25. C. de teſt. Harprec.

c Si illi ſubſtituat aliquem extraneum, non ſu-
2 ſtinetur.] Adde † de hac concluſione varias ſentẽtias explicantem Michaelem Graſſum, dict. q. 14. num. 2. Adde quoque Sichardum in dict. l. 21. §. ex imperfecto, num. 8. C. de teſtam. Harprec.

d Non tamen poterit
3 pater.] Hanc diſtinctionem (qua vnus ex liberis ſecernitur ab extraneo, vt illic tutelæ datio valeat, hic non item) probãt etiam Cynus nu. 1. Bald. num. 9. Angel. circa finẽ. Caſtrenſ. numer. 5. Fulgoſ. nu. 2. Sichard. num. 6. Iaſon num. 18. & Donellus nu. 5. in d. l. hac cõſultiſſima. 21. §. ex imperfecto. C. de teſtam. quamuis eandem diſtinctionem reſpuat Gilchenius ibidẽ, num. 10. Harprec.

e Tutor datus à patre debeat poſteà per iudicẽ in tutore confirmari.] Hic
4 addendũ † quod tutor in teſtamento minus ſolemni à patre datus, à prætore, ſeu Magiſtratu cõfirmetur omnimode, ſiue abſolutè, ideſt, ſine vlla morum, probitatis, facultatum inquiſitione: à matre verò datus non cõfirmetur, niſi cũ inquiſitione, l. pater 4. ff. de teſtam. tutel. l. 1. C. de confirmand. tutor. l. 2. 3. 5. 8. & duab. ſeq. ff. eod. Ratio diuerſitatis eſt: quia
5 patris † reuerentiæ, & recto iudicio de filij cõmodis hoc tributum eſt; vt quẽ filio impuberi tutorem ſuprema voluntate, non vt lege præcipiebatur, dederit; puta non iuſto teſtamento, aut codicillis, aut nõ quomodo dari oportet: is tutor omnimodo cõfirmari debeat; perinde ac ſi ex teſtamẽto ſolemni datus eſſet d. l. 3. ff. de confirm. tutor. Mater autẽ, propter ſexus, & iudicij imbecillitatem, fragilitatemq; non tam prouidè, conſulere liberis poteſt in tutore deligendo, quam pater, l. 2. §. 2. ff. ad ſenatuſconſult. Velleian. l. ſi mulier. 22. C. eod. & l. ſi pater. 4. in fin. C. de ſponſalibus. Verum de tutorum confirmatione copioſius differui in §. ſed & ſi emancipato. 5. Inſtit. de tutelis. Harpr.

AD-

QVÆSTIO XI.

SVMMARIA.

Ex Claro.

1 Qui Auctores teneant, teſtamentum imperfectum inter liberos non valere, niſi in ſcriptis confectum.
2 Referuntur Auctores exiſtimantes, teſtamentum imperfectum inter liberos, etiam nuncupatiuum ſuſtineri.
3 Schedula matris, an habeat vim teſtamenti inter liberos.

Ex Additionibus.

1 Teſtamentum imperfectum inter liberos, an ſuſtineatur, etiam ſi non ſit in ſcriptis confectum.

QVÆSTIO XI.

QVæro, an diſpoſitio dict. §. ex imperfecto. generaliter procedat in quocunque teſtamento, ſcilicet tam nun-
1 cupatiuo, quam in ſcriptis confecto? Hæc difficultas orta eſt ex diſpoſitione Auth. quod ſine, poſitæ poſt ipſum §. Licet enim verba §. ex imperfecto, ſint generalia, et conueniãt cuicũque teſtamento; cũ tamen d. Authent. ſubſequens, quæ videtur limitare diſpoſitionem dict. §. loquatur in teſtamen-

ADDITIONES.

a 1 M*Vltitenuerunt.*] Inter † quos reperiuntur Martinus antiquus Gloſſator, Fu goſius num. 2. Salicetus, Cynus, Albericus de Roſate, & nouiſſimè iſtos referens; Petrus Gilchenius, num. 13. in l. hac conſultiſſima. 21. §. ex imperfect. C. de teſtament. *Harprec.*

b *Sed tamen in practica tenenda eſt contraria*
2 *opinio.*] Quod ſicut † valet teſtamentum inter liberor in ſcriptis, licet ſit imperfectum ratione ſolemnitatis, ita etiam ſuſtineatur, ſi nuncupatiuè conditum ſit, poſt Auctores hic à Claro recitatos, tradunt Fernandus Vaſquius in tractat. de ſucceſſ. progreſſ. §. 30. num. 44. Ludouicus Zunthus in reſponſ. pro vxore, nu. 62. Michaël Graſſ. lib. 1. recept. ſent. §. teſtamentum, q. 11. n. 3. Andr. Gaill. lib. 2. obſeru. 112. num. 4. Hartmanus Piſtor. lib. 1. q. 1. num. 1. & Thadęus Piſo lib. 1. variarum reſolut. c. 7. nu. 3. *Harprec.*

to per ſcripturã confecto, mul-
a *ti* [a] *tenuerũt quod pariter etiã ipſe §. imperfecto, non procederet, niſi in teſtamento condito*
b *in ſcriptis. Sed* [b] *tamen in practica tenẽda eſt contraria opinio, quod ſcilicet diſpoſitio d. §. ex imperfecto, nõ limitetur per diſpoſitionem d. Auth. quod ſine quantũ ad teſtamẽtum nũcupatiuũ, ſed ſolum quantũ ad teſtamẽtũ in ſcriptis. Et hanc*
c *dicit eſſe magis* [c] *comm. Corn. conſ. 118. in fin. lib. 3. vbi etiam ſubdit, ꝙ ita ſeruatur in pract. Hanc etiam opin. quod diſpoſitio d. §. ex imperfecto, habeat locum in teſtamento nuncupatiuo, tenuit gloſſ. in dicto §. ex imperfecto, in gloſſ. in fin. quæ ab omnibus approbatur, vt dicit Corn. ibi num. 11. Et illam dicit commun. teneri Corn. in d. Auth. quod ſine. nu. 1. illam etiam dicit eſſe communẽ Alexand. in dict. Auth. quod ſine. nu, 3. conſil. 146. num. 5. lib. 2. & conſil. 176. poſt nu. 9. lib. 5. & conſil. 105. numer. 4. lib. 7. Boer. deciſ. 240. poſt num. 1. Nat. in dict. §, ex imperfecto. num. 191. Riminald. in d. §. ex imperfecto, numero primo in fine; & ab hac ſententia non recedas, conſulendo, aut iudicando.*

c *Eſſe cõmunẽ.*] Adde, quod iſtud eſt per interpretationem, ſeu extenſionem, vt concludit Natta in dict. §. ex imperfecto, in principio q. 37. poſt alios per eum ibidem relatos: vt retulit Oſaſc. in deciſ. 54. numero deci-
3 mo. Et † an ſchedula, quę manu matris aſſeritur cõſcripta duodecim ab hinc annis, teſtamenti vim inter eius liberos obtineat, vide per Menochium in conſil. 267. qui conſiderat ſex caſus, atq; examinat illã dubitationem plenè. *Giach.*

QVAESTIO XII.

SVMMARIA.

Ex Claro.

1 *Teſtamentum imperfectum an ſuſtineatur etiam inter liberos naturales tantum?*
2 *Et quid in matre?*
3 *Et an inter filios legitimatos?*
4 *Et an inter liberos à ſucceſſione per ſtatutum excluſos?*
5 *Et inter liberos non primi, ſed vlterioris gradus?*
6 *Et an ſi filius teſtetur inter parentes?*

Ex Additionibus.

1 *An teſtamentum imperfectum ſubſiſtat etiam inter liberos naturales tantum.*
2 *Appellatione filij, qui intelligantur.*
3 *Mens, & ſententia, l. vlt. C. de confirmando tutor.*
4 *Intellectus, l. parentes. 6. ff. de in ius vocand.*
5 *Filijs naturalibus alimenta tantum debentur.*
6 *Senſus l. ex facto 17. §. 4. ff. ad S. C. Trebellian.*
7 *Dubia filij naturalis ſignificatio.*
8 *An mater inter liberos naturales teſtamentum minus ſolemne condere poſſit, remiſſiuè.*
9 *Nũ teſtamentum imperfectũ ſuſtineatur inter liber. legitimat.*
10 *Matrimonium purgat omnem præcedentem maculam.*
11 *Liberi naturales, Imperiali reſcripto legitimati, quibus iuribus, & commodis fruantur.*
12 *Conſideratio l. vlt. C. de his, qui veniam ætat. impetrau.*
13 *An teſtamentum minus ſolemne ſuſtineatur inter liberos, à ſucceſſione per ſtatutum, ſiue pactum excluſos, remiſſiuè.*
14 *Vtrum idem teſtamentum valeat inter liberos, primum ſucceſſionis locum non tenentes, remiſſiuè.*
15 *Et an teſtamentum imperfectum ſuſtineatur, ſi filiusfamilias inter parentes teſtetur, remiſſiuè.*

ADDITIONES.

a 1 I*Nter liberos naturales tantum.*] Etſi † pronunciatio liberorum generalis videtur, l. liberorum. 220. ff. de verbor. ſignific. ac proinde nonnulli exiſtimant, patrem etiam inter liberos naturales tãtum, ſiue ſpurios, teſtamentum ſine ſolemnitatibus, alioqui requiſitis, condere poſſe, Speculat. in titul. de inſtrument. edit. §. compendioſè, verſ. quid, ſi pater naturalis, &c. Roman. conſil. 179. ampliſſimè Doct. nu. 16. Caſtrenſ. in l. hac conſultiſſima. 21. §. ex imperfecto. num. 6. C. de teſtam. & Salic. in l. fin. C. famil. erciſc. Contraria tamen ſententia longè probabilior, & receptior eſt. Cũ
2 enim † appellatione filij intelligantur ij, qui ex iuſtis nuptijs ſunt procreati, leg. filium. ff. de his, qui ſui, vel alieni, iur. ſunt. Idem quoque in dubio intelligi debet in pronunciatione liberorũ, vt poſt DD. hic à Claro memor. ſentiunt Ang. Alex. Iaſ. Cur. Iun. nu. 16. Sichardus n. 4. & Gilchenius n. 28. in dict. l. 21. §. ex imperfecto. C. de teſt. Vaſq. in tract. de ſucceſſ. progreſſ. lib. 3. §. 21. lim. 7. n. 52. Gail. li. 2. obſer. 112. n. 14. Graſ. lib. 1. recept. ſent. §. teſt. q. 15. nu. 1. Hartm. Piſtor. lib. 1. q. 1. nu. 19. Fachin. lib. 4. controu. iur. c. 3. Reuſner. in tract. de teſt. p. 4. cap. 6. n. 6. cum ſeq. & Thadæus Piſo lib. 1. var. reſol. c. 7. nu. 34.
3 Hanc concluſ. † non infringit. l. vlt. C. de confirmando tutor. vbi Iuſtinianus reſcripſit, patrem poſſe naturalibus liberis quocunque modo, & conſequenter etiam ex teſtamento minus perfecto, & ſolemni, relinquere. Nã verba illa (quocũque modo eis dederint, vel reliquerint) non eum habent ſenſum, vt parenti liceat quoquo modo etiam legis forma neglecta, filiis naturalibus teſtamento relinquere: ſed ita accipienda ſunt: quocunque modo, id eſt, ſiue dederint, ſiue reliquerint per modum diuiſionis, ſiue donationis cauſa mortis, ſiue per codicillos, ſiue denique per teſtamentum; vt tamen legimus numerus teſtium in conficiendo teſtamento adhibeatur.
4 Similiter † concluſionem iſtam non euertit, l. parentes. 6. ff. de in ius vocand. vbi reſpondetur, parentes naturales in ius vocare neminem poſſe: eo quod vna omnibus parentibus reuerentia ſit ſeruanda. Lex enim illa de reuerentia na-
5 turali, quæ omnibus omninò debetur parentibus, exaudienda eſt. Quod † cum noſtra concluſione nullam affinitatem habet. Siquidem filijs naturalibus hæreditas non debetur. l. humanitatis. S. C. de naturalibus liber. ſed alimenta tantum. Authent. licet patri. C. eodẽ tit.

QVÆSTIO XII.

S*Ed quia Imper. in dicto §. ex imperfecto. diſponit, huiuſdi teſtamẽtũ imperfectum valere inter ſo-*
1 *los liberos; Quæro, numquid diſpoſitio dict. §. habeat locũ ſolummodo inter liberos legitimos, & naturales; an autem procedat etiam, ſi tale teſtamentum conditum ſit inter liberos naturales tantum? Reſpond. quod non habet locum*
a *inter* [a] *liberos naturales tantũ, vel ſpurios. Et hæc eſt commun. opin. vt ait Dec. conſil. 610. nu. 2. in fin. & nu. 3. quem refert Boer. in dict. deciſ. 240. nu. 13. Rimin. in d. §. ex imperfecto, num. 5. Picus in repet. §. Titia. num. 43. circa fin. Rubeus conſ. 71. poſt num. 7. Vbicunque enim lex facit mentionem de liberis, aut filijs, ſemper intelligendum eſt de legitimis, & naturalibus, non autẽ de naturalibus, aut ſpurijs, qui ſunt à lege reprobati.*

6 Præterea † nihil obſtat concluſioni noſtræ, l. ex facto. 17. §. ſi quis rogatus. 4. ff. ad ſenatuſconſul. Trebellian. vbi conditio, ſi ſine liberis deceſſerit, defeciſſe videtur, ſi naturalem filium quis reliquerit. Etenim † anceps, & dubia eſt naturalis filij ſignificatio, qua non ſolum nothi, & ſpurij deſignantur; verum etiam ij, qui ſunt in ſeruitute geniti, quoniam iſti ortum legitimum non habent, cum eos lex ciuilis non agnoſcat. l. cum ancillis. 3. C. de inceſt. & inutil. nupt. ſed ſolo naturali iure adiuuantur, ex quo naturales appellati, de quib. tractatur in §. illud certum 10. Inſtit. de nuptijs. & l. adoptiuus, 14. §. ſeruiles. 2. ff. de rit. nupt. Atq; hoc in ſignificatu accipiendæ ſunt d. l. facto. 17. §. 4. ff. ad S.C. Trebell. l. Lucius Titius 88. §. Damæ. 12. ff. de leg. 2. & ſimiles. Quẽadmodum accuratius declarant Franciſcus Cõnanus lib. 10. Cõm. iur. ciu. c. 1. nu. 6. Coraſius lib. 1. Miſcel. iur. ciu. c. 7. n. 8. & Gilchen. in l. generaliter. 6. §. cum autem nu. 17. C. de inſtitutionib. & ſubſtitutionibus. *Harprec.*

b *Sed quid in matre.*]
8 Matrem † inter liberos naturales, perinde, ac inter legitimos teſtamentũ abſque ſolẽnitatibus concedere poſſe, defendunt, per Doctores hic citatos, Michael Graſſus prædicto §. teſtamentum, quæſt. 15. nu. 2. Gail. d. lib. 2. obſ. 112. nu. 20. & Thadęus Piſo d. l. 1. var. reſolut. c. 7. nu. 35. & Hartman. Piſtor. d. q. 1. num. 20. *Harprec.*

c *Nam reſpectu matris.*] Ex quo mater quę filios nõ habet in poteſtate hoc priuilegio vtitur, intelligis ius iſtud tam liberè teſtandi non eſſe patriæ poteſtati tribuendum, intelligis etiam hoc ius filiorũ fauori non eſſe adſcribendũ, quorũ intereſt patrẽ inteſtatũ decedere nullo legato, nullo fideicõmiſſo hæreditatẽ optimam, maximam ab inteſtato ad eos pertinentem, ſed in parentum gratiam conſtitutum, quorum intereſt filios inuitos etiam imperfecti, teſtamentis obligari. *Gouean.*

9 d *Sed quid in legitimatis.*] De † liberis naturalibus per ſubſequens matrimonium legitimatis, nõ dubitatur quin inter eos pater teſtamentum ſine ſolemnitatibus conficere poſſit: quoniam matrimonium omnem maculam præcedentem purgat, & abſtergit, cap. tanta eſt vis. 6. qui filij ſint legitim. Cæterum
10 † de legitimatis per reſcriptum Principis controuertitur, an idem ſtatuendum ſit circa teſtamentum imperfectum; quod inter liberos ex iuſto matrimonio procreatos conſtitutum eſt?
11 Et ſtatuendum eſſe, hæc ſuadet ratio: quod † liberi naturales, qui Imperiali reſcripto legitimi efficiuntur, ijſdem iuribus, & commodis frui debeant, quibus fruuntur cæteri, vel legitimo matrimonio progeniti. Nouell. 89. c. 9. §. ſit igitur licentia, &c.
12 Nec obſtat textus in † l. vlt. C. de his, qui veniam ætatis impetrauerunt. vbi Iuſtian in hæc verba reſcripſit: Si quis aliquid dari, vel fieri voluerit, & legitimæ ætatis fecerit mentionẽ, vel ſi ſe abſolutè dixerit perfectæ ætatis: illam tantũmodo ætatẽ intellectã eſſe videri volumus, quæ ex vigintiquinque annorum curriculis completur, non quæ ab imperiali beneficio ſuppletur. Hæc nãque diſſimilia, & diuerſa ſunt: quia minorẽ annis vigintiquinq; Princeps facere maiorẽ nequit; aſt eũ, qui legitimus nõ eſt, legitimũ efficere poteſt. Ita docet Bald. in c. de cauſis, 4. nu. 34. de off. & poteſt. iud. de leg. Iaſ. in d. l. hac cõſultiſſima. 21. §. ex imperfecto, nu. 2. C. de teſtam. Gaill. d. li. 2. obſ. 112. n. 21. & 22. Thadęus Piſo d. lib. 1. var. reſol. c. 7. n. 25. & Fachin. d. lib. 4. controuerſ. iur. c. 3. verſ. cęterum ſi filij naturales, &c. *Harprec.*

e *Per ſubſequens matrimoniũ.*] Adde cõmunẽ per Menoc. de recup. poſſeſſ. in 1. remed. num. 43. Hoc intellige, prout nunc & poſt hęc, nõ prout tunc & in pręteritum inſpecto natiuitatis tẽpore. Itẽ limita in filio nato ex cõcubina retenta, at ſecus in ſpurio. Vide per Cæph. in conſ. 82. n. 23. & fuſius in collect. mea comm. opi. n. 33. verſ. legitimatus, vbi fuſius declaraui, & in tribus num. ſeq. vbi quid de concepto pẽdente lite, & quid matrimonio in mortis articulo celebrato: & quid de ſecundis nuptijs, & num. 27. an poſſit eligi in Epiſcopum. *Giach.*

2 *Et hæc quidem concluſio de plano procedit in patre teſtante inter liberos naturales. Sed*
b *quid* [b] *quid in matre? Reſpon. quod in ipſa aliud eſt dicendũ.*
c *Nam* [c] *reſpectu matris, & quo ad ipſam, filij naturales reputantur legitimi: & ideò tenendum eſt, quod in matre teſtante inter liberos naturales vel ſpurios, locum habeat diſpoſitio d. §. ex imperfecto. Et ita concludunt communiter Doct. vt dicit Natta in dicto §. ex imperfecto. numer. 74. & num. 78. hanc etiam opin. dicit eſſe communem. Alex. in l. ex facto. §. ſi quis rogatus, el 1. poſt nu. 45. verſic. vnde quia. ff. ad Trebellia. dicit Boer. in d. deciſ. 204. nu. 13. quod omnes in ea conueniunt, niſi mater ſit illuſtris. Dicit etiam Gulielm. de Benedict. in 1. parte repet. c. Raynutius, fol. 156. num. 84. quod omnes in hoc concordant, quod quando mater non eſt Illuſtris, & filij non ſunt nati ex damnato coitu, proculdubio locum habet diſpoſitio, dict. §. ex imperfecto. Quando enim mater eſt illuſtris, filij ſpurij, aut naturales non reputantur legitimi.*

3 *Sed quid* [d] *in legitimatis,*
d *nunquid habebit locum diſpoſitio d. §. ex imperfecto. Reſpond. quod ſic, & eſt communis opinio, vt atteſtatur Boer. deciſ. 251. poſt num. 14. Sunt enim tales filij redacti ad inſtar legitimorum, et naturaliũ. & hoc maximè, ſi eßent le-*
e *gitimati per ſubſequens* [e] *matrimonium, qui in omnibus, & per omnia æquiparantur legitimis, vt dixi ſupra, lib. 2. §. legitimatus.*

4 *Item quæro, nunquid diſpoſitio d. §. ex imperfecto. locum habeat, quando pater teſtatur*
f *inter liberos, qui* [f] *per ſtatutũ eßent excluſi à ſucceſſione inteſtati, puta, quia ſint filiæ dotatæ, &c. Reſp. ꝙ ſic. & hæc opin. cõmuniter tenetur, vt ait Gnliel. de Bened. in 1. part. repet. c. Raynntius, fol. 155. n. 81. Hanc etiã dicit eſſe cõmunem Boer. in d. deciſ. 241. nu. 9. Et ex hoc potes colligere, quod ratio, d. §. ex imperfecto, non eſt, quia canſa teſta. eo caſu foueat cauſã inteſtati, ſed merus fauor liberorum, vt ſupra dixi.*

Quæro etiam, nunquid diſpoſitio d. §. ex imperfecto. habeat locum, quando pater teſtatur
g *inter* [g] *filios, non primi, ſed vl-*
5 *terioris gradus puta, inſtituẽdo nepotem, vel illi inſtituendo? Reſpon. quod ſic. Ita tenet Alb. de Roſ. in d. §. ex imperfecto. verſic. Item quia hic dicit, & eſt cõmunis opi. vt dicit Boer. in d. deciſ. 241. poſt nu. 3. Sẽper enim in verbis legis appellatione filiorũ veniũt nepotes, vt dixi ſup. lib. 2. §. filius. Maximè cum agatur de re ipſis filijs fauorabili.*

Vlterius quæro, quid è conuerſo, ſi filiusfam. in caſibus, in quibus poteſt condere teſta-
h *mentum,* [h] *teſtatur inter pa-*
6 *rentes, nunquid eo caſu habe-*

f *Qui per ſtatutũ eſſent excluſi à ſucceſſione inteſtati.*] Quod
13 teſtamentum imperfectũ, ſeu minus ſolẽne † ſuſtineatur etiã inter liberos, qui alioquin ab inteſtato ex peculiari ſtatuti diſpoſitione, vel proprio pacto non ſuccederent, tradunt Curtius Iunior, & Alex. in d. l. 21. §. ex imperfecto. C. de teſt. Vaſquius in tract. de ſucceſſ. creat. §. 21. nu. 52. Cęph. cõſil. 99. in fi. Hier. Zanch. in l. hæredis mei. 57. §. cum ita 1. n. 1196. ff. ad S.C. Trebellia. Lud. Zunth. in conſ. pro vxore. n. 952. Graſſus d. §. teſtamentum, q. 15. nu. 4. Piſo d. c. 7. nu. 24. & Hartm. Piſtor. d. q. 1. num. 17. *Harprec.*

14 g *Inter filios non primi, ſed vlterioris gradus.*] Quod † teſtamentum minus ſolemne etiam inter liberos, qui primũ ſucceſſionis locum non tenent, valeat, contra alios pluribus tuetur Natta conſil. 428. tom. 2. Hart. Piſtor. d. q. 1. num. 16. & Thad. Piſo d. c. 7. nu. 23. *Harprec.*

15 h *Teſtetur inter parentes.*] Teſtamentum † imperfectum, ſiue minus ſolemne non valere, ſi filiusfamilias inter parentes teſtetur, tenent quoque præter hoc loco citatos, Fernand. Vaſq.